

illas pro universo pertulit Mundo, earumque meritis omnibus peccatoribus exhibet. In nostris igitur timoribus confusimus ad illas, atque in aspectu peccatorum nostrorum cogitemus illas si illa infanti sunt precii, atque virtutis, delere posse nostra crimina; & nostrum esse illas applicare nobis, ut pagem assequamur, & certam efficiamus salutem nostram. Plagas hanc plurimum valere ad omnem diffidentiam, timoremque efficiendum, quo nostrorum peccatorum adfectus eiere potest, id cognoscere possumus ex sensibus conscientia, quam S. Augustinus testatur Salvatori cum ait illi: *Multis & magni sunt reatus mei, nulla & magna sunt vulnera, sed aspice Vulnera tua.* Noli intueri mea scelerata, multa & magna sunt; sed intueri latus tuum perforatum, manulque tuas clavis terebratas, sanguis inde fluens fidem facit te velle me in gratiam recipere; & cor istud apertum testatur mihi, si ego peccata commisi, te illa expiasti plagis tuis. Felix nocentium asyllum! Beatum peccantium tribunal, ubi facile superare possunt diffidentiam, quam genere potest criminum magnitudo, & fedatæ tumultus, quos salutis incertitudo in illis potest excitare. *Idem.*

Clavi isti, qui manus, pedesque Salvatoris perforaverunt, & lancea, quæ latus ejus aperuit, palam ostendunt efficientem voluntatem in eo nostræ salutis, quam servat adhuc; neque enim dedisset nobis adeo certa sui in nos amoris monumenta, & adeo valida conscientia argumenta, nisi voluisset nos in sua bonitate, & misericordia confidere, & dicere cum Propheta: *In manibus suis fortes mea.* (Psal. 30.) Quam beatus sum, mihi Saluator, cum sciam fortes meas, meam salutem, atque prædestinationem esse in manibus tuis, neque in manibus solam, quæ creaverunt me, sed etiam quæ redemerunt me, & quæ cruciatas propter amorem mei plagas receperunt. *Idem.*

Admirabiles quidem sunt notæ Vulnerum, quæ Saluator in cruce recepit, & quæ in glorioso suo corpore retinuit, verum quis non magis admirabitur illas, ubi causam fuerit affectus, quæ sunt ut in omnem æternitatem in gloria suæ Resurrectionis servarent intamie notas, quas passus est moriens in cruce, quasi verus esset, ne Pater, & homines earum obliviscerentur? Profecto nonne videtur corpus illud gloriosum immune esse debuisse ab his cicatricibus, non secus ac ab aliis corruptibilibus qualitatibus; quandoquidem dici etiam potest has cicatrices nequaquam decere statum illius; sunt enim signa infirmitatis. Sed non ita; Vulnera hæc illi gloria sunt; sunt enim monumenta certaminis, ex quo victor, atque triumphans erasit; & omnibus innotescere vult se quidem refurresxisse, sed postquam efflaverat animam, & se incomparabilem possidere gloriam, sed postquam illam meritis esse debuisse ab his cicatricibus, in æternum detere gestit insignia, quasi adhuc esset in statu mortis, atque passionum, & quasi in eodem semper mansisset, nisi Pater Æternus maluisset Corpori ejus dare debent illi gloriam, & non potest amplius se cum morte, & passionibus invenire, nisi per signa præteriti temporis, quæ delere debet, ut omnes Fideles intelligant, se nunquam in partem gloriæ Resurrectionis accessuros, nisi constantiter ipsum fuerint imitati in morte, atque passionibus quoad vitam vixerint. P. *Humilitate in Meditatione pro Sabbato post Pascha.*

Si quid merito causam homini tribuit succedendi cum respicit in se illata sibi vulnera, eaque illi ostendit, a quibus vulneratus est, vel causa fuerunt accepti vulneris; tunc sane est cum injuriis evomit, ac improperia, & vix commiserere potest motus iracundia, quæ intumescit in corde, quod majori cum periculo fauciatum est. Sed hic Homo Deus non gerit vulnerum suorum vestigia, nisi ut iustam mulceat Patris sui iram adversus illos, a quibus indignissime percussus fuit, ac ut cum crudelibus inimicis faciat gratiam. Quod cogitans cum Apostolo Thoma exclamo: *Domine meus, & Deus meus!* Tu Deus es bonitatis, & amoris infiniti, æque ac infinitæ majestatis; nam quamvis quodlibet præbeamus tibi tot in nos succedendi argumenta, & gestes nostræ crudelitatis insignia in Vulneribus, quæ nostra tibi inflixere peccata; tamen tantum abest, ut aliquem doloris sensum tuearis, ut ostendes illa tanquam signum pacis, & veniæ, quam nobis largiris, & ut sint testimonia nostræ reconciliationis. Ad obiectum quod merito provocare te potest ad iram, atque ultionem, tuam nobis testatam facis lenitatem, atque misericordiam; & ego qui nocens sum, & peccator, ad unicam voculam exardefco, ad levissimam suspitionis umbram irascor, & cum aliis in gratiam redire designo. *Idem.*

Præterquam non est, Dei Filium promittentem, suisque Apostolis pacem nuntiantem posuisse manum suam super sacrum latus suum, quod erat adhuc apertum, quasi hoc signo vellet innuere, quam pretiosa hæc esset pax, quandoquidem illam sanguinis, vitæque suæ pretio comparaverat; & quanti ab illis esset faciendi; quoniam adeo caro pretio illam fuerat adeptus. Hoc enim est idem, ac si diceret voluisset hæc esse pacem cordis, pacem interiore, pacem, quæ omnes anime nostræ turbas sedabat; tandem pacem hanc religiosus illi esse servandam tam cum Deo,

englemus
crimini, &
propter illi
dissimulans.

Plage J. C.
probat vo-
luntatem ef-
ficacem illi-
tas nos sal-
vos facien-
di.

Inter cetera
quæ J. C.
retinet e no-
bis peccato-
rum Resurre-
ctionis
signa Plaga-
rum suarum
hæc quoque
sunt, ut dis-
cerentur il-
lum petri-
ja in morte
sua, ut illis
similes effi-
ceret in glo-
ria.

Dei Filius
servat plagas
suas ad
fidendum
Patris ir-
acundiam ad-
versus nos
ostendit co-
mum.

Recollentia
pacis quam
Dei Filius
robustavit
est ostendens
quod plagas
suas.

quam secum invicem; & cum qui tam auidax fuisset, ut illam perfingeret, majorem sibi dolorem allaturum esse, quam si cordi suo recens vulnera infligeret; neque enim excepturus erat illud in corpore mortuo, & crucifixo, sed in eo, quod gloriosam in Vita vitam vivebat. *Idem.*

Dei Filius non hac una de causa Vulnerum suorum notas retinuit, ut illas Apostolis ostenderet, ac ita Resurrectionis suæ veritatem probaret; non deerat aliquid etiam causæ, quæ in nostram cedunt utilitatem. In Cælum usque inferre cupiebat quidem hæc sui amoris, & redemptionis nostræ documenta; & ita hoc est totum fiducia nostra fundamentum, quoniam ostendit illa Deum, quasi ad ciendum in illo memoriam eorum, quæ pro nostra salute passus est; & illius iram mulcendam, intercedens pro nobis miseris peccatoribus, infirmis, egenisque creaturis. Quid enim ipsi possemus, nisi pro nobis intercederet JESUS CHRISTUS, qui *salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum semper vivens ad interpellandum pro nobis.* (ad Hebr. 7.) Quomodo vero interpellat? Ostendens Plagas suas, & representans se factum esse maledictum pro nobis, ut nos de maledicto redimeret. Beatissima hæc Vulnera sunt fons salutis illis, qui in Salvatore confidunt; quemadmodum erunt damnationis principium ignavis defectuorum militiæ JESU CHRISTI. *Videbunt*, ut inquit Propheta, quem confiterentur. (Zachar. 12.) Adfectus hic erit illis terribile supplicium; quæ enim desperatio est in nullam rediit spem interitisse, idque culpa sua, eo quod contempserunt salutarem remedium, quo illis uti licebat? Ita est. Hæc Vulnera Plagæ impiis, reprobisque ostenduntur, ut ad hunc intuitum omnes acerbe, ac moleste ideæ, quæ constituta sunt partem supplicii eorum ad eos torquendos infundantur... Hi sunt diversi effectus, quos hæc producent vulnera secundum dispositiones mortalium. Utinam finis ex eorum numero, quibus divina hæc Vulnera erunt ita jucunda, ut in illo modo omnem suam collocent confidentiam. Respiciamus hos pedes, & has manus propter amorem nostrum factas, & hæc nobis sit consolatio; adnitamur, ut cum nosmet coram Deo presentaverimus exinanitos pro consideratione nihil nostri, ac nostræ infirmitatis, Vulnera JESU CHRISTI loquantur pro nobis. *Lambertus hamill. 70. in Evangelium Feria tertia Pascha.*

Quam ardenti amoris flamma cor Salvatoris Mandi affluat, cum inter gravissimos Vulnerum suorum dolores recordatus est nostris, & nos Patri suo commendavit! Adhuc in Cælo eandem servat flammam ardentis vite caritatis, siveque lateris Vulnus est vultu hiatu per quem is succenti cordis sui æstus extrinsecus prodire, & quocumque sese videtur effundere; & cum S. Bernardus dicere possumus, omnes illius Plagas esse tot ora, quæ cum adorabili voce Sanguinis sui nobis loquuntur: *Vulnera hæc loquuntur, quia diligo te.* Et cum ostendit mihi apertum cor suum, inde mihi videtur egredi hæc vox loquens ad cor meum: vide magnitudinem amoris mei erga te usque in partem parte cordis mei, quam, data opera, apertam retineo, ut in illam ostendam tibi; respice statum, ad quem redigi volui propter amorem tui & lege in omnibus Vulneribus meis verum esse, te a me diligi magis, quam vitam meam: sed simul agnosce, quanto me amore diligere teneris pro omnibus creaturis, & magis etiam quam temetipsum. P. *de Argenteo Capucinus, De Magnalibus JESU Collationis 26.*

Salvator hominum tot linguis loquitur, quot habet Vulnera, & Ambrosius (1. de Jacob.) ait. *Quid verba damus? loquaciter sunt Vulnera.* 1. Loquitur infinitas delens laudes Patri suo, quia Plagas suas recipiens, non quæsit gloriam suam, sed solum gloriam Patris sui, a quo missus fuit. Recipit enim illas, ut illi obsequeretur, eique placeret; ita ut Plagæ ipse per se sint tacita laus, quam illi tribuant. 2. Plagæ ipse pro illo loquuntur; namque prædicant illius victorias, atque triumphos. Si enim Cassiodorus generali de Vulneribus verba faciens, quæ strenuus miles in acie conferta recipit, ait, illa esse non dubia virtutis ejusdem argumenta, elogium, quod ex seipso loquitur, quin aliena indigeat voce, ut evulgetur; ipsamque tandem virtutis linguam; quid dicendum est de Vulneribus Salvatoris, quæ sunt signa aliarum victoriarum toto Cælo magis gloriosarum, & virtutis longe præstantioris? 3. Vulnera hæc loquuntur, nobis salutem imperantes; ea enim ostendens pro retributione petit omnium hominum salutem. 4. Loquuntur, ut nos inflamment, & erudiant, ad patientiam hortando. Macti, hoc animo estote, Saluator ait; ego Vulneribus meis mundum vici; vos quoque inde victoriam referetis, si propter amorem meum pati noveritis. *Auctor recens.*

Fieri omnino non poterat, ut cum Apostoli viderent, atque attraherent Plagas JESU CHRISTI credere non deberent ipsum refurresxisse. Veritas animi liquido sese videns ostendit, ut non statim saltem quasi per caliginem viderent illam. Nihilominus dicit Evangelium, admirabilem, & gaudium prohibuisse, ne crederent: *Adhuc, illi non crediderunt, & mirantibus præ gaudio.* (Luc. 24.) Sed nobis inde inferendum est, hæc Apostolorum ambiguitatem potius ardens fuisse desiderium sese non decipiendi, quam inhi-

Plage que
modo esse
debet motu
confidendi
argumē-
tum, erunt
causæ def-
perationis
reprobata.

J. C. Vul-
nera retine-
tur ingen-
tum amorem
quos pro-
sequitur.

J. C. Plaga
sunt lingua
eloquentes.

Tantus fuit
gaudium Apo-
stolorum vi-
dendum Pla-
gas J. C. ut
dubitant in-
terim tanta
felicitate
gauderent.

infidelitatem. Tanto extra se gaudio erant correpti, ut vix credere possent, quod oculis suis usurpabant. Et profecto læticia, cum ingens est, & proficitur ex obiecto, quod stuporem quidem ciet, sed ardentem concupiscitur; mentem moratur, neque patitur illam vacare disquisitioni argumentorum, quæ de rei veritate afferuntur, quæ causa est, ut aliquis fallatur, cum falli se reformidat. Cujus rei præter propter nobis occurrit argumentum in persona Jacob; qui cupit ardentem Joseph filium suum adhuc vivere, id credere nequit, quoniamliber veritatis hujus plurimum sibi tradantur argumenta: Ita Apostoli subito correpti læticia, ubi Magistrum suum viderunt ipsi Plagas suas ostendentem ad probandum suæ Resurrectionis veritatem, egre credebant ipsum esse, & ut sibi illuderetur metuebant. *Lambertus, non sine aliqua mutatione.*

Si ad examen revocamus causam Vulneris, quod Filii Dei latus aperuit, certum est ex parte Judæorum, & militis, qui lancea pedus ejus percussit, fuisse cupiditatem non solum explorandi utrum vere Christus mortuus esset, sed etiam recentem hanc injuriam corpori illius inferendi. Corpus illud adorabile nullum quidem inde sensit dolorem; sed sanctissima illius Mater acerbissimo fuit dolore transfixa, quoniam propter ardentem amorem, quo profecturatur Filium, Deumque suum, vivebat potius in Corpore Salvatoris, quam in suo; & jure dicere poterat cum Apostolo: *Adimpleo ea, quæ defuncti passum CHRISTI in carne mea.* Deerat Vulneris sensus, & dolor in illo, qui vulnerabatur; sed supplevit Mater: quippe lancea æque altam, acerbam, atque crudelem intulit illi plagam; sed cur Dei Filius, qui non fatuus fuerat flagellis toto corpore cæsum fuisse, pedes, manulque trabalibus clavis fuisse confossum, spiritusque caput habere redimtum, voluit etiam lancea sibi pedus aperiri? hoc proculdubio factum fuit in satisfactionem criminum, quos homo post defunctionem suam omnibus membris suis patravertat, & per omnes internas externaque facultates suas, præcipue vero per affectiones cordis, quod ut idem Saluator ait, parit quicquid hominem equinquant potest, eumque nocentem efficere. P. *A. Ponce parte 4. Myrtorum Fidei Madras. 33.*

Sapiens Dei mei providentia! Opus erat, ut nulla superest dubitatio de morte Salvatoris ad id, ut ejus resurrectione, quæ futuræ erit fidei nostræ fundamentum, in dubium revocari non possit. Quinam gratiarum fons, quod nobis patuit asyllum per cupidem Salvatoris latus apertum! Sacrum hoc latus nunquam obstruatur; licebit mihi semper in illo memet abluere, & munire salutari balneo, quod efficiunt sanguis, & aqua inde fluens. Nihil prætermittit S. Joannes, quod nostram confirmare fidem potest in tam mirifico miraculo. Dilectus iste Discipulus nihil magis necessarium esse videbat, quam nobis ostendere viam cordis JESU, & quicquid ibi nobis est inventandum. Ex novis. *Moralibus conferationibus in Evangelium Sancti Joannis.*

Voluit JESUS retinere Plagas corporis sui gloriosas, ut esset iustus argumentum grati animi erga ipsum, quemadmodum æternum sunt vii erga nos amoris monumentum. Ex hisce notis ignominie efficere voluit totidem glorie notas, ut intelligeremus ipsum sibi honori vertere quicquid pro nobis operetur. Retinuit ille Vulnera sua tanquam monumentum, quod illi in mentem revocans, quid fecerit pro nobis, urgeret illum ad plura nobis præstanda, ut illius beneficia recoleremus. Plagæ istæ sunt perennia amoris sui testimonia, quæ tamen jugiter amorem nostrum debent excitare. Hoc latus apertum, cor hoc Vulneratum nonne debet cor nostrum pervadere toto amoris sui? Hæc plagæ sunt forniceus, unde erumpunt flammæ, quibus Paradisus totus succenditur, & nonnumquam incaluit cor meum? P. *Nepes tomo 2. Christianorum Considerationum.*

Quam in Plagis hisce habere nos decet fiduciam! Quamvis magna sint mala nostra, remedium, quod in hisce Vulneribus invenimus, toto Cælo majus est, atque potentius, & unica Sanguinis inde manantis gutta opobalatum est pretiosum, par curandis omnibus plagis, quas nobis peccata nostra pepererunt... Hoc autem non dico, ut fallacem præbeam peccatoribus securitatem, qui salutis suæ negotium negligentes vindicabant sibi licentiam lædendi Deum, ducti spe tutandi crimina sua, eaque celandi in JESU CHRISTI Vulneribus; verum sciant se per hunc agendi modum corrumpere alium, qui efficiendus est Plagatum Domini, quæ nobis data sunt ad Dei iram mulcendam, ad sedandos animi nostri tumultus; sed per earum abusum revertitur ordo, intentio, & consilium Salvatoris, & quod erat morbi remedium, transit in interitus causam. Ipse Plagas hæc recepit pro illorum salute, ipsi vero abutuntur illis ad damnationem, hoc est remedium in tetrum virus convertere, ut ait S. Petrus Damiani. *De medicamentis vitionum factura summa mortis.* JESUS pertulit illas, ut criminibus eorum faceret medicinam; illi vero ex hac medicina diluunt venenum, quod illis æternam mortem propinat. Nam qui in illis suam collocent confidentiam, ut sperent patrorum scelera venient, antam arripunt fœnitæ fœducia, ut recentia scelera committant. Verum quid tunc

Rationes
propter
quas Dei
filii pollice-
retur vo-
luntate
suis Plagas
suas.

Plage que
in jultis
clari consi-
dentiam, no-
debent pec-
catoribus
generalem
immittre
securitatem.

Salvator? Immutat effectum Plagatum, & quin per earum merita illorum sceleribus parcat, utitur ad puniendam illorum nequitiam, ingratis animi vitium gratiarum suarum subtractione, quæ in eorum vita parit caritatem, & oblationem in sceleribus suis. *Biron, & alii.*

S. Bernardus Salvatoris Plagas *Misericordiam fontem* appellat; non solum inuens, ipsum esse receptivum per non communiem sensum misericordie, & bonitatis, verum etiam significans novam esse causam, propter quam movetur cor suum ad misericordiam suam in nos exercendam, & postquam eadem recepit, longe propensorem ad miserendum nostrorum malorum; ac ubi reminiscitur, se pro nobis mortem appetiisse, & videt in cicatricibus Vulnerum suorum, signa amoris sui, & pretium nostræ redemptionis; nolle amittere, neque pretium Sanguinis sui, neque sui amoris obiectum. *Biron, in Panegyrico S. Thomæ Apostoli.*

Ex qualitatibus Plagatum Salvatoris non postrema est virtus curandi vulnera nostra; virtus quæ in conversione insignium peccatorum refugit. Nihil infirmius vulneribus hominum, quoniam signa sunt, & indicia infirmitatis eorum; sed nihil fortius atque potentius Vulneribus Dei; sunt enim potentia vigis instrumenta, & in illis quodammodo constituit virtutem gratiarum suarum. *Ibi ascendit est fortitudo ejus.* (Abbas 3.) Manus illius omnipotentes erant, dum viveret in terris, curabat enim morbos conclamationibus, immortuos revocabat ad vitam, cacis aciem reddebatur oculorum, surdis auditum, tactu manuum suarum. Sed manus istæ nunquam operatur sunt curationes magis admirabiles, quam postquam propter amorem nostrum perforatæ sunt. In cruce enim operatur sunt conversionem aliter ex duobus latronibus, qui focii erant supplicii sui, & curant infidelitatem plurimorum, qui ejusdem spectatores fuerant, & qui revertentur percipientes peccata sua, & elata voce clamantes. *Vox Filii Dei erat iste.* Sed in Cælo præsertim emicat virtus Plagatum harum in curatione vulnerum nostrorum; inde enim fluunt omnes gratiæ, quæ primum, & verum est eorum remedium. *Ex Sermone mansuetudo.*

In Adorabili Salvatoris corde, Cardinalis Petrus Damiani inquit, omnia invenimus arma ad nosmet tuendos apta, omnia remedia ad malorum nostrorum curationem apposita, omnia contra inimicorum validissimum incursum subsidia, omnes suavissimas consolationes ad nos in ærumnis reficiendos. Doles? inimici te persequuntur? turbas memoria criminum præteritorum? Cor tuum inquietum est, aliquo timore percussum, cupiditate aliqua perturbatum? Coniace te, ut ita dicam, in Plagas JESU CHRISTI, ingredere in cor illius, ibi est asyllum, ibi perfugium animarum languentium, ibi anima tua erit tutissima... Ab illo, & per illum petere debes quicquid obtinere cupis; per illum, & in illo æterno Patri debes offerre quicquid agis; quoniam sacrum hoc cor thesaurus est omnium supernaturalium donorum, atque gratiarum; est, ut ita dicam, via per quam arctius adhaeremus Deo, & per quam Deus sese liberalius nobis communicat. Hinc tandem cordi tenemus nostrum omni nisu conjungere, nolentes amplius alia fore desideria, neque sentus alios, nisi JESU CHRISTI, nobismet persuadentes, spiritum suum, sacrumque corpus mirare, ut ita dicam, in nostrum, & ex duobus cordibus unum tantummodo fieri. Hauriamus, hauriamus per otium ex hoc amabili corde omnia bona, quæ excogitari possunt, nunquam illud exhauriemus. *Ex Petro Damiani, & Anspergio, qui novus est propter opera sua solium pietatis Corpora.*

Cum infidelitas numeretur inter gravissima peccata, quæ committi possunt contra Deum, est etiam ex profundissimis, ac difficillimis plagis, quæ curari valeant. S. Gregorius Magnus ait; cum e contra fides ex S. Augustini sententia, sit *Sanctas mentis*, & a Sancto Leone vocetur: *Magnus vigor mentium.* Plagæ autem, quam infert anime nostræ hæc infidelitas, idem accidit, quod plagis, quæ corporibus inferuntur pro separationem partium, quæ sapientibus debent esse conjunctæ; ita enim Statuum plagæ consistunt in divisione corporum politiorum, & in separationem membrorum illa componentium. Hæc igitur infidelitatis plagæ, certissime parit anime mortem, quemadmodum e contra testatur Apostolus, *Iustum vivere ex fide: Justus autem ex fide vivit.* (ad Hebræos 10.) Sed ad curandum hoc lethale vulnus, Dei Filius, ut nobis, re adhuc integra, visus est Plagis, quas in cruce recepit ad probandum suam divinitatem, probans veritatem suæ Resurrectionis; hodierna vero die Plagis istædem non erit amplius eadem virtus, curandi videlicet in plerisque Christianis infidelitatem; quandoquidem verum est, veram esse in mundo fidem, quemadmodum inferre licet ex verbis ejusdem Filii Dei. *Cum venerit Filius hominis, putas, fidem inveniet in terra?* Tantum ibi communit est infidelitas, vel saltem fides ambigua, nutans, incerta, languens, vitiositatisque, quæ proxime ad infidelitatem accedit. Sed quoniam præteritus remedium est ad lethale hoc vulnus curandum, istædem Vulneribus Salvatoris, quæ curantur vulnera Apostolorum, illud vero potentissimum S. Thomæ, & mox illud ceterorum, qui viderunt illa, retigerunt, & attraxerunt in viventi Corpore Salvatoris,

Plage J. C.
causa sunt
propter
quod inge-
minat amo-
rem erga pec-
tores.

Virtus Pla-
garum J. C.
est curandi
vulnera nos-
tra, videlicet pec-
cata.

Bona, quæ
reperimus
in corde Sal-
vatoris, &
adhaerere
nobis illi.

Infidelitas
una est ex
plagis ani-
me nostræ
difficillime
curanda,
cui remedi-
um foret
plagæ
Salvatoris.

toris, postquam recepit cruentas haece Plagas in cruce, & mortuus est. *Auctor recent, qui mentem, ac sententiam Biron amplissime de exorare adhibet est.*

Quae causa poterit, & efficiat ad cogendum peccatorem, ut agat penitentiam, quam recipiatur Vulnera Filii Dei? Huc Sancti Patres revocant oculos, & lacrimas nostras vivo dolore criminum nostrorum, & in his cicatricibus videamus vel id, quod pro nobis Salvator operatus est, vel id quod ipse contra illud operati sumus. Ibi video cor pro nobis Vulneratum, & cor Vulneratum a nobis. Video, Deus meus, Vulnera, quae pro mercepisti per carnificum manus, sed simul video Plagas, quas ipse intulisti tibi manibus meis. Quippe certum est, omnia peccata, quae committimus contra te, inlaurare Plagas tuas. Ita per Prophetam tuum hoc exprobras peccatoribus. *Super dolorem Vulnerum meorum addiderunt.* (Isa. 68.) Non conqueror de clavis, & spinis meis; peccata vestra primis cruciatibus meis recentes addidere dolores, & plagas mihi attulere, quibus priores ille instaurantur, & augentur. Mirum non esse videtur, si Sancti Penitentes amarissimis lacrimis profecuti sunt sacra Vulnera Salvatoris? Ah! Quamvis ne verbum quidem proferret, ut conquereretur, ut nihil nobis exprobraret; cruenta imago duplicis hujus generis Plagarum, nonne vulnerare debet corda facta, & omni sensu parentia? Considerate igitur, Peccatores, Salvatoris Plagas esse tristes peccatorum vestrorum effectus; & vos quotidie illas refricare peccantes; & id meditati inire consilium incessanter plorandi, & nullum unquam finem dolori vestro facienda; quoniam causa, quae vos plorare jubet, nullis finibus continetur. *Biron in S. Thoma Panegyricis.*

Ex Vulneribus Salvatoris Martyres mutuati sunt fortitudinem, atque constantiam, quam praeseferunt, obijcitur se terrimis supplicis, eaque cum heroica patientia sustinent, saepe etiam cum gaudio, & voluptate, quod docet S. Bernardus dicens: Si Martyr habet vim sustinendi tormenta, haec proficitur ex consideratione Plagarum JESU CHRISTI, qui vacat cum omni pietatis suae fervore; neque enim mirum est, ut ille sese a suo corpore separans corporis sui dolores non sentiat. Non ideo tamen sensum amittit, sed illum subijcit; non caret doloribus, sed eorum victor est; & si dolorem superat generoso contemptu, hoc non est supradictum argumentum, sed amoris effectus. Tantum enim suavitatis, & consolationis invenit in Vulneribus Salvatoris sui, ut illi arduum non sit ferre minas tyrannorum, & omnem carnificum crudelitatem. Considera quae, & quanta Deus suus propter amorem sui perpeus est, & putat se nunquam satis perferre posse, ut illi amorem suum valeat testari. *Auctor recent.*

JESU CHRISTI Plaga, S. Bonaventura inquit, consideranda sunt, ut imitemur, & miseremur; miseratio efficit, ut tanto sensu afficiamur ex doloribus illius, quem diligimus, quanto si ipsi illidem afficeremur; imitatio vero efficit, ut illos exprimamus in nobis ultro fulsentes voluntarias poenitentias, quas ipsi in nosmetipso exoravit; quapropter insignis nescio quis Sanctitate vir dicere consuevit. *Nolo vivere sine vulneribus, cum te video vulneratum.* Accidit etiam nonnunquam per insignem gratiam, quae habetur tamquam profusus singularis amoris monumentum, ut Salvator expleat ardens desiderium, quo Sancti nonnulli concupierunt, illi haec in se fieri similes; & in eorum corporibus imprimere cicatrices Vulnerum suorum, eorumque dolorem illis sentiendum praebere, qualia fuerunt Seraphici Sancti Francisci stigmata, quae ille gestavit toto vitae suae spatio ex quo recepit illa non sine miraculo ad illud usque tempus inaudito. *Idem.*

Plaga ista, illa autem manuum potissimum, sunt in glorioso corpore Salvatoris tamquam pignora pacis, quam pro nobis cum Patre servavit; qua de re vobis persuasum erit, si memineritis, nos ex ipso Mundi primordio per peccatum illi factum fuisse Dei inimicos. Homo prior per defectum illi bellum indixerat, & tot caecera quae deinceps patrata fuerunt, totidem erant actus hostilitatis, qui bellum ipsum aluerant, ac fovebant. Deus vero non minus homini bellum inferrebat; nam terrissima iustitia ejusdem exempla pallam ostendebant, illum magna successum esse iracundia, quia manifesta ultionis sui praebat documenta. Sed qui ab ovo, ut inquit, exordium petamus; omnes, ut liquet, nascimur inimici Dei, quod malum hereditatis jure manavit in omnes; & alia peccata, quibus scaturit vita nostra, & quae superant, ut inquit Propheta, numerum capillorum, qui sunt in capitibus nostris, non nisi frequentissime funestam hoc bellum instaurarunt, & visibilis hujus iracundiae effectus promeruerunt. Fingite ergo vobis irritatum Deum aeternum nobis supplicium minitantem: Fingite vobis hanc iram infinita potentia armatam, quam Sanctus Jussu comparat fluctibus pelagi perturbati, vel torrenti, qui prope est, ut violentiter in peccatores factis aggeribus erumpat: *Quasi committes super me fluvius rivum iram tuam.* Fingite, verbo dicam, nos persequentem, & quia adeo nostram patientem rebellionem, quia aeternus est, inquit Tertullianus; videlicet, quia tempus illi defuturum non est, quo

Martyres fortitudinem & constantiam suam debent Vulneribus JESU CHRISTI.

Miseratio & imitatio duo sunt, quae Plagas Salvatoris a nobis exprimamus voluntarias poenitentias, quas ipsi in nosmetipso exoravit.

Plaga Salvatoris pignora pacis, quam pro nobis cum Patre servavit.

nos puniat; ad id enim semper erit illi aeternitas integra; quibus iustissimum illius furori resistere poterit; vel cohibere torrentem postquam intumescit colluvie tot caecorum, & postquam eius patientia illum tamquam suspensum super caput nostrum plurimos annos detinuerit? Quid tandem de inimici adeo potentis atque irritati manibus arma excutere poterit? Hoc, o Fideles, Salvatoris nostri Plaga assequatur. Cum enim ex alio pro nobis divina iustitia, contumeliosissime a nobis laesisset omne perolverunt debuit, has Deo praesentare possumus ad illius iram mulcentem, pacemque perfecta reconciliatione faciendam. Equidem scio, cum singulari actione Filii Dei singillatim sumptis, infiniti sunt pretii, satis superque fuisse, ut divina iustitia satisfacerent, ideoque, ut nobis procurarent hanc pacem. Verum tamen est dicere, Salvatoris hujus Plagas pretium esse pacis hujus modo peculiari: quandoquidem, ut inquit Theologi, passiones, & mors divini hujus hominis erant conditio apposta huic tractatu, quem cum aeterno Patre sanxerat: & conditio haec utrinque fuerat accepta, pro humani generis redemptione; ita ut cetera illius actiones nullam haberent vim, nullamque virtutem, nisi quatenus illam mutabantur a passione, quam tamquam finem suum respiciebant. Hinc sequitur, cum Plaga ista sit proxima causa passionis, & mortis ejus, consequenter esse causam pacis, & reconciliationis nostrae cum divina Majestate. *Auctor Sermonum, in omnia argumenta.*

Pax haec adeo optabilis, & tandiu expectata bonum est, quod ipsi debemus Vulneribus Salvatoris, qui illam nobis promeruit componens cum Deo pacem nostram, non solum quatenus cruenta in Cruce recepit, verum etiam quatenus gloriosa in Caelo retinet; utrobique enim illi utitur, ut nos Patri reconciliet, perfectamque pacem instaurat, atque restituat. In cruce obtulit illa pro iis, qui summa cum crudelitate sibi adeo inferrebat; ita ut eodem tempore quo inhumani carnifices in se detrahebant iram Dei, profundas insipientes Plagas Corpori dilecti Filii ipsius, amabilis hic, & misericors Salvator erant pretium, & meritum offerret ad veniam illis obtinendam. Sin autem has easdem Plagas tamquam gloriosas intuemur, adhuc sunt veluti pignus aeternum pacis nostrae cum Deo Misericordiarum; nam hic ideo Mediator, qui recepit illas, attollit has perforatas manus ad veniam pro nobis impetrandam, & est Advocatus, qui pro nobis orat, ut dilectus inquit Discipulus: *Advocatum habemus in Caelo;* (1. Joann. cap. 2.) sed Advocatum eloquentem, & patheticum, Sanctus Augustinus addit, quia sui ostentat Vulnera, & adeo valide Patris sui animum moeret, ut quidquid pro nobis postulat, assequatur: *Semper vivens ad interpellandum pro nobis.* (ad Hebr. 10.) Ah! Christiani, quam graves, ac molesta in vos producantur criminationes! quam valida argumenta ad urgendam vestrae damnationis sententiam! quis caussae vestrae patrocinabitur? Quis diluet tot accusationis capita? Ne hinc quidem audebitis; vel ut Scriptura loquitur, ne unum quidem ex millibus criminum diluere sinis licebit, nisi divinus hic Salvator pro nobis sua Vulnera ostenderit: *Semper vivens ad interpellandum pro nobis.* Quam valida haec est eloquentia! quam potens! Quos excitat misericordiae sensus in Dei corde in gratiam noentium! Abigete omnes diffidentia, vel desperationis timores; habete me Deum, qui suscepit causam meam, & perorat illam, non multum, non enormitas criminum meorum, non odium, & versuta inimicorum, qui conjuratione facta mihi aeternam moliantur calamitatem, non denique divinae iustitiae severitas, quae ad extremum usque quadrantem sibi postulari fatissimam; nil horum terret me; & nil labefactat confidentiam, quae mihi habenda est in his Vulneribus, quae pro me recepit Deus, & quae retinet, mihi amorem suum testaturus. *Idem.*

Benignum invenimus accessum apud Deum per has Plagas, quas illi praesentamus; & credo vos satis assequi mysticum hunc sermonem, qui significat, actiones nostras, preces, satisfactiones cum hisce Vulneribus conjunctas, & illinc effluente Sanguine imbutas facilem accessum habere apud divinam Majestatis solium, & illinc benigne excipi sub hoc nomine, & societate. Ea ipsa, quae minima sunt, suspirium, lacrimula, calix aquae frigidae elemosynae titulo datus, tamquam magnum aliquid, magisque pretii ducitur; quapropter haec esse debet sancta Fidelium omnium praaxis, semper actiones omnes cum Salvatoris Vulneribus consociare, ut coram Deo aliquo habeantur in pretio. Alioquin quidquid bonum efficiere possumus, penitentia, satisfactiones, jejunia, elemosynae, ad Sanctuarium lancem modici funt ponderis. Haec non sunt, nisi veluti rivuli quidam, qui per se usque in mare fluere non possunt; sed cum majoribus conjuncti fluvii horum vi illuc rapiuntur. Ita passiones, & merita nostra non nisi sunt velut aquae stillicidia, quae per se exsiccant, ac dissipantur, nisi commisceantur cum Sanguine, qui ex Plagis JESU CHRISTI emanavit; cum quo ubi confunduntur, perveniunt usque ad Thronum Dei, & influunt in hunc oceanum Misericordiae, ubi diluant omnia scelera nostra per viam satisfactionis etiam, & meriti. *Idem.*

Pacem hanc adeo pretiosam debemus J. C. Vulneribus.

Preces nostrae commiscendae sunt cum Sanguine Vulneribus, qui est vita nostra.

Per

Per te mihi liceat, Salvator, sciscitari cum Propheta: *Quid sunt Plaga ista in medio manuum tuarum?* Sane no januae, quae aditum praebet usque in divinitatis Sanctuarium? sunt monumenta humanae crudelitatis? Sunt amoris tui characteres? Sunt tot alia piae considerationes, quas devotis animabus meditandas relinquo? Sed solidiori argumentatione dicam, esse pignora pacis, quae tribuit nobis; quandoquidem efficiunt, ut pacis fructus gustemus, ut cessent actus hostilitatis, ut quodammodo ex utraque parte commercium refoveatur. Tandem enim cum inimici eramus Dei omnia precedentia merita nostra inhibita erant, & nulla eorum in Caelo mercedem recepimus; omnia etiam opera bona, quae illo in statu operabamur, ad aeternitatem erant inutilia, sed cum pax facta fuerit, omnia in integrum redeunt, omnia suum tenent pretium, omnia aequi, bonique sunt. Beata pax, cujus fructus sunt adeo suaves! gloriosa Plaga, quae illam nobis comparavit; pretiosa pignora, quae nobis tantae felicitatis vadimonium praestitit; fontes inexhausti gratiarum; per vos semper instaurare possumus pacem, atque concordiam cum Deo. Ah! Caveamus ne bellum instaurare, cui Plaga ista adeo felicem finem imponere, vel ne pacem adeo utilem infringamus, quam nobis procuraverunt; hoc enim esset Plagas exasperare, & illis, quas Salvator recepit, recentis addere. Cogitemus, Fideles, nihil difficilis faciri, quam gratiam saepe diluam; nec spiritus magis exacerbari, quam abusu venia semper impetrate; ideoque non nobis sceleribus Domini Vulnera refricantes, nobismetipsis alicora, & magis periculosa vulnera inferre. *Idem.*

Homines aliquo praevallido eger argumento ad pacem inter se retinendam tot inter occasiones illam infringendi, quae in omnia occurrunt momenta, cum hominum sententia: tot causarum varietate distentur. Sero equidem, Mundi Salvatorem ad pacem hanc faciendam adlaborasse, nihil magis haec Discipulis suis commendasse, & palam praecipuisse, ut ab omnibus mortalibus caste, & integre servaretur, & haec lignis testamentum tamquam rem pretiosissimam, & qua nihil esset antiquius illi: sed ecce post Resurrectionem suam adhuc Plagas suas semper impatentes, illam vero praeterea lateris, & cordis sui ad reconciliandos animos, & corda, quae saepe simulata, & acrimonia sejungit; ex quo hanc rationem elicio, quae nos cogit, ut intuitu cordis aperti Filii Dei, fratris nostris pacem largiamur, si & ipsi cum Deo pacem servare velimus; videlicet, Apostolum testari, cor hoc, & latus apertum Filii Dei locum esse, ubi conjungere voluit homines omnes per immentum amorem, qui omnes simul completens debet omnes simul vinculis sanctae pacis conjungere: *Testis est mihi Deus, ut cupiam omnes vos in viscibus JESU CHRISTI.* (ad Philipp. 1.) Sed haec verba quamvis allegorica videantur, continere videntur hanc argumentationem: Deus amat nos, simulque amat fratrem nostrum, cum uterque finis fructus mortis, & Vulnerum ejus; & hoc pacto excipit utrumque in corde suo per amorem tenerum simul atque ferventem: Sed fieri nequit ut simul in corde hoc permaneamus, donec distulerimus, atque inter nos aliqua fuerit inimicitia. Homines enim non nisi unum, & idem enecere debent cum Deo per vinculum perfectae Caritatis; unde sequitur, ut non nisi unum efficiere debeant & inter se; nam eadem dissentio, quae illorum corda divellit, eos privat gratia, & amicitia sua: itaque, ut, carissime Frater, oderis fratrem, cum illo tamquam cum inimico agas, & pacem illi dare detrectes, querendus ille tibi ubi haec Plaga, & in corde hoc Salvatoris tui; illic cum adoraris, & illic tuis tuis odiis persequeris per odium, quod animo foves, & ultionem, quam petis. Cum autem cor istud non nisi amor sit; cum hic sit locus ubi simul omnes conjuncti sumus per vinculum caritatis; necesse est, ut recedas ab hoc corde fratrem tuum oppugnaturus, quoniam illum odisse non vales, cum uterque ibidem maneat. *Idem.*

Neque minor est ratio pacis cum proximo servandae, cogitare, nos ex hac plaga lateris J. C. prodidisse quatenus Christianos; hunc locum esse, ubi omnes effecti sumus, & ubi cum vita recipimus nomen, & dignitatem filiorum Dei; unde sequitur nobis servandam esse pacem inter nos, tamquam fratres, unum idemque originis suae principium habentes; ita ut sicut nullum est in natura vinculum artius, quam Sanguinis, fratres simul conjungentis, ita in gratia nullum esse debet potentius Sanguine Salvatoris, ex quo duximus ortum, & qui nobis tribuit fratrum qualitatem, ut inter nos pacem, & concordiam tueamur. Tandem enim si Fratrum nomen, & cognatio adeo valent ad jungendos affectus eorum, qui unam, eandemque familiam componant, quam impressionem efficere non debet in animos nostros, & corda hoc ipsum nomen, & haec consanguinitas; hoc enim vocabulo Sancti Patres utuntur ad exprimentum hoc fœdus, & hanc cognationem, quam omnes in JESU CHRISTI Vulneribus contrahimus. Si olim in natura prodigii loco habitum fuit, videre duos fratres Jacob, & Esau pugnantem intra viscera

parentis suae Rebeccae, & locum conceptionis suae in aciem certaminis commutare: multo magis inaudium esset portentum in gratia videre Christianos, qui omnes invicem sibi sunt fratres, semet disto, & persequi inter viscera Filii Dei, ac inimicorum instar certatim ibi ferire, ubi fratrum qualitatem recipiant. Haec una cogitatio, o Fideles, par non esset sopiens omnibus odiis, litibus omnibus tollendis, sedandis animis maxime irritatis, & cordibus, ad hujus Vulneris ad aspectum reconciliandis. Ego quidem arbitror cum per inimicitias, quas fovemus, bellum gerimus, Salvatorem saucium, & semper periculum cor, ubi nobis vitam contulit, habentem sifere se medium inter nos, & per ipsum cor nos obsecrare, ut pacem componamus, & non dilaceremus viscera, in quibus efformati fuimus; & sicut in cruce, in qua haec recepit Vulnera, ita extinxit, ut loquitur Apostolus, inimicitias, quae glificabant Judaeos inter atque Ethnicos, ut unum inde Christianum efficeret populum; opus est, ut ad eardem Plagarum intuitum auferamus immortales has inimicitias, quas adeo crebro alii contra alios concipimus. Quod si paci huic assentiri refugimus; si inter nos bellum gerere perimus; quemadmodum qualitati fratrum abrenuntiamus; non mereamur alteram filiorum Dei, quam nobis Sanguine suo Salvator adeptus est. *Idem.*

Nullibi tutius invenire possumus asylum, ubi ab omnibus inimicorum nostrorum telis protegamur, & ubi ne cessariam operam contra eorum incursum inveniamus, quam in Vulneribus, pedum vero praefertim, quos Sancti Patres misericorditer persequuntur appellat. Nonnunquam ad Principum summorumque virorum pedes procumbimus modo imploraturi protectionem eorum contra vim, quae nobis inferitur, modo justitiam postulaturi, modo gratiam aliquam impetraturi; sed non semper ita affecti invenimur, ut nos exaudiant, neque semper votis nostris subscribant, cum illis persuasum non est de necessitatibus nostris, de quibus non admodum laborat; neque ita precibus nostris permoventur, quemadmodum cupierimus. Sed ubi poterimus validius patrocinium invenire, ceteris subsidium, ideoque tutius asylum, quam provoluti ad pedes J. C. qui novit periculum, in quo sumus, & necessitatem auxilii sui, & qui saepe permittit, ut redigamur ad necessitatem ad ipsum confugiendi, ut nos cogat in illo consistere & ab ipsius bonitate expectare gratias ad restituendum inimicis nostris necessarias? Non desuerunt unquam asyla, & loci refugii; tamen non semper ibi figuratur mansio; illuc tantum confugitur, donec cum adversariis, qui nos persequuntur, gratia faciat. Sed nulla inducia; nulla gratia incedat spes cum salutis nostrae inimicis, eo quod nostrae cupiditates semper revivunt, demon tentando non fatigatur; mundus incessanter illecebris suis nos fallere quarit. Semper in aefu permanendum est; videlicet gratia, & subsidium implorandum est, quod Salvatori placuit adnectere virtuti sanctorum Vulnerum suorum; & in illis fiducia omnis collocanda est, ut cum Sancto Bernardo dicere valeamus: *Ubi ruit firmitas, nisi in Vulneribus Salvatoris? Frenis Mundus, premis corpus, diabolus insidiatur, non cauta; fundatus enim sum supra firmam petram.* Mundus, caro, Sathanas confociatis viribus ostentant illicia sua, exarant omnes veritates; si manserimus in Plagis Salvatoris, sumus in tutissimo asylo, & nihil nos poterit labefactare; ideoque sancta, & tranquilla pace fruamur. *Idem.*

Vulgo dici consuevit, nullam unquam firmiorem, certioreque pacem fieri ex, quae post multum effusum Sanguinem constituta est. Nam sicuti experti didicimus quanti steterit, omni diligentia servatur. Ah! Christiani, pax haec, quae nobis nuntiatur cum steterit tot Plagis, & Sanguine Filii Dei, nobis vero tot cladibus, lacrimisque, diligentissime cavendum est, ne illam violemus, & frangamus. Ex parte Dei aeterna est; ne ipsi ex nostra illam dilociemus: hoc enim esset instaurare Plagas Salvatoris, casque magis, magisque exacerbare, prohibentes effectum quem ille sibi proposuit. Quod si renuitis ingredi in has Plagas, tamquam in locum pacis; si minime vultis ad hanc compositionem descendere, sive cum Deo, sive cum proximo, & si illis uti non vultis ad procurandam vestram resurrectionem, scitote Dei Filium illas producentem esse ultionem suam die, atque tunc tantum aberit, quod sint pignus pacis pro vobis, ut futurae sint signum aeterni belli: ex his istidem manibus propter amorem nostrum perforatis discessura fulmina, quae vos contorquebant; & cum modo manus ista suas effundunt gratias, & beneficia, sonitum hunc exhaustum iri; & haec Vulnera vobis exprobrata vultum ingrati animi vitium, & vestram crudelitatem. Ne praetolemur, Fideles, tempus harum ultionum; modo pacem nostram faciamus; quandoquidem Filius Dei illam exhibet nobis adeo commodis conditionibus; & in nobis unice situm est, illius gustare fructus in hac etiam vita, ut illis aeternum in Caelo perfrui perseveremus. *Idem.*

Validius habemus asylum, quam imploraturi protectionem eorum contra vim, quae nobis inferitur, modo justitiam postulaturi, modo gratiam aliquam impetraturi; sed non semper ita affecti invenimur, ut nos exaudiant, neque semper votis nostris subscribant, cum illis persuasum non est de necessitatibus nostris, de quibus non admodum laborat; neque ita precibus nostris permoventur, quemadmodum cupierimus.

Cavendum est, ne infringamus pacem, quam Salvator nobis in Vulneribus commparavit.